



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Itervm D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

COLLATIO XLII.

gnat id omne directo, & ex diametro contra comunē Christianoꝝ intercessionē, prout sequit̃. Vnū tamen admittit, quod aliqui suæ partis non faciūt, rogare quidē sanctos non negās hoc ego accepto, si ergo deū rogant, ergo pro aliquo rogant, non pro his qui apud inferos sunt, neq; pro his qui sunt in celo, necessario cōsequit̃, ut pro nobis orēt. Ideoq; & sanctorū intercessio obtēta est ex suis met uerbis quantūq; cōtradicat. Quod de sanctorū adoratione loquit̃, nequaquā mens est proboꝝ Christianoꝝ, ut sanctū aliquē pro deo colant & sibi struant, sed congruentē exhibēt uenerationē, prout Christiana habet institutio feriandi sanctis, rogamus sanctos, honoramus, & inuocamus eos, ut a deo nobis gratiam impetrent. Sanctoꝝ ait inuocationē derogationē esse fidutiæ in deum, hoc peregrinū est & alienū, inuocatio fratrū meoꝝ in terris, ut pro me rogēt, nihil derogat fidutiæ in deum. Ego inq; nisi in dei clementiā & misericordiā fiderē, tam eum esse sanctū propitiū atq; pronū, sanctos nunq; inuocarē, ideoq; eis proposita nihil sunt. Adportat soli deo deberi oēm honorem, respondeo uerū esse supremū & finalē, honor em̄ sanctorū honor est dei. Diu nullū honorarē sanctū si deo non crederem, iuxta em̄ honorē dei concedere nos oportet etiā sanctorū honorē, nā præcepit nobis deus patrē & matrē honorare. Proculdubio & Christus suā honorat matrē Mariā, quūq; eā honorat deus, quare nos homuntioes & uermes eā non honoramus. Vnicū mihi in doctore placet, quia sanctorū exempla sunt intacta. quū frater eius in Christo Zwinglius in suis scriptis nō solū sanctorū inuocatioes abstulerit, uerū etiā contra uerba Christi libēter auferret exēpla Christianæ uitæ ipsoꝝ.

ITERVM D. ECKIUS.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Etsi nullæ nouæ scripturæ per doctorē inductæ sint contra conclusionē meā, uolumus tamen circumloquutionib⁹ eius ultro respondere. Quumq; ex Dauide sic argumentatus sum. Nūnis honorati sunt

### CONCLUSIO TERTIA.

sunt amici tui deus, ideoq; & nos merito Mariam, dilectosq; sanctos honoramus. At quod honores enumerauit, quos etiam deus suis sanctis impendit hic in terris, quos ego admitto honores, asstimo tamen & hoc sicut esse honorē, quē illis deus facit in beatitudinis coronatione. Quod autē ordinū prädicantes suos sanctos laudarunt, credo quod & ipse suā sanctā Brigittā laudat in suo ordine. Nemo enumerare potest electorū gloriā, Paulo dicente, ad Corint. epist. i. cap. ij. ex uerbis Esaia. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quā pręparauit deus his qui diligunt illū. Neq; me angit quā de Christianis prädicatoribus subinfert, & de spiritus dulcedine quā sentiūt, optime scit, qui ad pacē maxime prädicant, beneq; se spiritus ille uideri passus est, albus nescit uelater. Illa tñ hic pacis causa demitto. Ratione duorū dictorū ad Timoth. & Iohannis potenter scripturis estēdū nouum intellectū rectū non esse. Estq; hoc die clare auditū a doctore quod iuxta Christū mediatorē, etiā alios in terris admittat intercessores. Admittit namq; & oportet quod faciat claris scripturis de uictus unū hominē hic in terris pro altero orare. Sic & nos ex sanctis alios nō facimus mediatores, quā ut pro nobis deū rogent & orent, ideo nouus ille intellectus de uno mediatore intercessionis necessario æque unū intercessorem excludit ac alterū, horū uerborū uirtute unicū solum & c. sicut dicere cōsueuerūt. Dicit dilectū dñm nostrū Ihesum, utraq; habere officia mediare & redemptione & intercessiōe, quasi hoc quisq; Christianorū unq; negasset. Si meā uelit euertere cōclusionē, necesse est probet sanctos non esse intercessores, cum eo qd' pro nobis Christus intercedit. Excusat se doctor, quia suā partem nouos appellarim Christianos, dico id eorū culpa fieri, si em̄ apud antiq; manerent fidem, & ritū catholicā & Christianā ecclesiā absq; in nouatione, etiā antiquo nomine nominarent. Diuo Petro adhuc uiuente in eius honore, in Saon per sanctū Sauin' onē ecclesia constructa est, quæ  
inpre

COLLATIO XLI.

in presentē diem ad uirū Petrū appellat. Jam mille sunt & fer-  
 me quingenti anni, quū solū aliqui in fide diffidētēs sanctorū  
 intercessionēs reiecere, sicut Vigilantiū hæreticus, Albigen-  
 ses, Picarditæ. Post hæc quum scripturis probarā Moisen ad  
 deum fuisse mediatorē, mihi respōdit in legis datione media-  
 torem fuisse, contra hoc illi Dauidē oppono cv. Psal. etiā &  
 Moisen fuisse intercessionis mediatorē. Et dixit ut disperderet  
 eos, si non Moises electus eius stetit in cōfractione in-  
 conspectu eius. Et quod ibi rogarit inuenit Exo. xxxij. Bene-  
 quidē de patribus ueteris testamenti loquit, certū est eo tem-  
 pore eos non fuisse fœlices, quare eorū intercessio nō tam co-  
 munit. Quod uero facta sit liber Machabæorū ostendit, quō  
 belli princeps Iudas Machabæus uiderit Oniam, q̄ summus  
 fuerat sacerdos, ambas manus extēdentem pro toto populo  
 Israel orantem, quodq; post hæc alter aparuerit, uir ætate &  
 gloria mirabili, & decore magno, de q̄ Onias dixit, iste ama-  
 tor est fratrū & populi Israel qui hic est, qui multum orat pro  
 populo & sancta ciuitate Iheremias propheta, ubi hic clare in-  
 tercessio sanctorū ueteris testamēti probatur. Neq; me angit  
 doctorē, & fortasse alios hunc librū non acceptare, ego ut fili-  
 lius obediēs catholicæ Christianæq; ecclesiæ, hunc librū ut sa-  
 cras literas accepto, sicut Augustinus dicit, hic liber ut proba-  
 tus ab ecclesia receptus est. Neq; quisq; nouorū Christianorū  
 mihi ostēdere poterit, ubicunq; ecclesia sacras recipit literas,  
 quod huius libri cū cæteris non fuerit facta mentio. Neq; nos  
 Christianos mouet ludæos (ut diuus Hieronymus testatur)  
 hunc librū pro sacris literis non accipere, Christiani enim sum-  
 mus. Iterū sanctorū intercessionēs cōcessit, hoc ego accepto,  
 etiā si hoc non faceret sunt nihilominus claræ scripturæ Apoc-  
 cal. v. & viij. Ultimo dum mihi quæstionem proponebat, res-  
 pōndi me dei non esse cōsultatorē, nec scirē, sed neq; adhuc  
 scio utra duarū precationū melior esset, una si pro re aliqua  
 deum efflagito libere. Altera, quū rem aliquā mihi dari peto,

per

### CONCLUSIO TERTIA.

per suam misericordiã & intercessionẽ laudatissimæ reginæ Mariæ, deus nouit quid eorũ sibi sit acceptius. In uno tamen dñs meus doctior ostendens hanc esse orationem deo acceptiorẽ, quã inuocat deus obliuione oĩm creaturarũ, si ut ego fecisset, neq; præsumpsisset hoc scire quod nescit, spiritui sancto non contradixisset, qui per Iacob patriarcham formã dedit orationis, Gen. xlvij. ubi Iacob sic dixit, Deus &c. benedicat pueris istis, & nomen meũ inuocet super eos, & nomina patrum meorum Abraham & Isaac &c. Quod aut in nostris orationibus non sint obliuiscendæ oēs creaturæ, ostendit magnus dei amicus Moyses, qui cū deo loquutus est, facie ad faciẽ, sicut loqui solet homo cum suo amico, & ita orauit Exo. xxxij. Recordare dñe Abraham & Isaac & Israel seruatorum tuorum &c. Si igitur hi ueteris testamẽti in eorum deuota oratione non sint oĩm creaturarũ obliuiscendi. Quare nos probi Christiani, sicut ab initio nascẽtis ecclesię est factũ deũ non moneremus, ut nos exaudire dignaret, & recordari suæ dilectæ genitricis Mariæ, suorum dilectorum sanctorum & electorum. Quod de Iob ait suis scilicet amicis non fuisse præceptũ, Iob inuocare ut intercessorẽ, satis mihi est doctore fateri deo fuisse acceptã orationem Iob pro amicis suis, quã & hic textus etiã primũ potẽter probet. Namq; misit illos deus ad Iob. Ite dicẽs ad seruũ meũ Iob, & ipse pro uobis rogabit, quare ergo nos tã essemus contrarij, & ire recusaremus ad matrẽ misericordiæ Mariã, ut & ipsa pro nobis oraret. Ideoq; uos dñe doctior suppliciter rogo, quia cõclusioni meæ, & intercessionĩ sanctorum aduersamini, longos sermonũ circumitus uitare uelitis, & iam tandẽ semel ad scripturas manus extendere, sine em uerbo dei & sacris literis nõ sum uos auditorus, neq; uobis respondebo, neq; credam, huc scripturas adferte, scripturas inq; exposcimus.

#### D. OECOLAMPADIVS.

Dilecti Christiani cõquerit D. Eckius me nullas induxisse scripturas, ita scilicet faciendũ est, quũ q̃s contempnit,

Z